Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 1149
Quelle:
Copyright:

&c. T. V. *append. col.* 242. ubi habes, quare Editores eam *Augustino* abrogent.

XIII. *fol.* 35. *Item Omel. de epbiphania.* Initium: *Proxime est. fratres karissimi eiusmodi redemptionis nostrae celebrauimus sacramentum* &c. Continuo succedit *append. cit. col. 244.*

XIV. *fol.* 38. *Item Omel. de epiphania.* Initium: *Proxime est. fratres karissimi quod die tercia nubcias factas. et quod aqua in uino conuersam* (sic) *fuisse modo legitur audiuimus; Uideamus quae sint ille nuptię. hic adquisitio et reparatio nostræ uocis. et uestis nuptialibus* (sic) *demonstratur* &c. Finis: *Qui potest maiora exercere miracula quam quando hominem uermem et putridinem dignatur in statum angelicum promoueri. De terrenis in caelestibus conlocare. et in gratiam sue adobzionis adsumere qui est benedictus* &c. Vides textum multis mendis depravatum. Confer *Eusebii Gallicani* dicti *Homiliam II. de Epiph. T. VI. Bibl. PP. Lugd.* p. 623. cujus, seu sensa, seu phrasin spectes, *Excerptum* haec Nostra est.

XV. *fol.* 40. *Item Omel. de epiphania.* Initium: *Nuper celebrauimus diem quo ex iudaeis dominus natus est* &c. Est *Augustini* T. V. Opp. *col.* 908. sed *Codex* noster legit *de proximo uenientes de longinquo — peruenientes* pro *accedentes — venientes. de remotis terrae* pro *terris. se insinuatum esse* pro *se in Judaea natum esse. Ipse est enim Dominus noster qui elegit* &c. pro *Ipse enim Dominus Deus noster elegit* &c.

XVI. *fol.* 42. p. 2. *Item Omel. de epiphania.* Initium: *Ad partum uirginis adorandum magi ab oriente uenerunt* &c. Iterum *Augustini T. cit. col.* 910. Sed *Codex querunt — adorare* pro *adorare delectentur. Pie timeant — impie timuit* pro *impius. Iudeos solos diuinas litteras* pro *solas. de oleastro inserto* pro *inserti.*

XVII. *fol.* 45. *Item Omelia de epiphania.* Initium: *Ante paucissimos dies natalem domini celebrauimus* &c. Rursus *Augustini T. cit. col.* 912. Sed observa *Codicis* lectiones: *mirifica lingua* pro *magnifica. Praedictum erat in psalmo in tituli inscripcione Ne corrumpas* pro *Tituli inscriptionem ne corrumpas. Ille* (Pilatus) *titulum fixit in terra* pro *scripsit in ligno. Pilatus manus lauit iudaeis exigentibus mortem christi pacientis* pro *Pilatus ex gentibus manus lavit Judæis mortem Christi petentibus. Christus ex persona nostra. hoc est. ex persona sui corporis* pro *ex persona sui corporis. Ut de christo praedicta putarentur* pro *cum de Christo praedicta recitarentur.* Quarum quasdam Impressis praeferas.

XVIII. *fol.* 47. p. 2. *Item Omel. de epiphania.* Initium: *Domini et saluatoris nostri ihesu christi aduentus in carne* &c. *Augustino* olim subpositus, rejectus in *Append. T. V. col.* 238.

XIX.